



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

I. Quod distinctae sint potestas regia & auctoritas pontificum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ea quæ sequuntur , Domino mediante , obseruari decernimus , non noua condentes , sed quæ a maioribus nostris secundum tramitem sanctorum scripturarum statuta , & a Christianis imperatoribus ac regibus promulgata , & usque ad hæc periculosa nostræ infelicitatis tempora fuere seruata , quasi lumina in malignorum operum tenebras , quæ excæcant diffidentia filios , deuocamus : vt falce sancti Spiritus , per diuinum ministerium nostri officii , per que regiæ sollicitudinis potestatem , ac ministros reipublicæ , male pullulantia recidantur , & fructuosa Christianis membris inferantur .

C A P I T V L A .

I.

Gelasius
epist. 10.

HÆC namque sunt sacerdotalis officii , & regii ministerii . quia sicut in sacris legimus literis , duo sunt , quibus principaliter mundus hic regitur , auctoritas sacra pontificum , & regia potestas . Solus enim Dominus noster Iesus Christus vere fieri potuit rex & sacerdos . Post incarnationem vero , & resurrectionem , & ascensionem eius in cælum , nec rex pontificis dignitatem , nec pontifex regiam potestatem sibi usurpare præsumpsit . sic actionibus propriis dignitatibusque ab eo distinctis , vt & Christiani reges pro æterna vita pontificibus indigerent , & pontifices pro temporalium rerum cursu regum dispositionibus vterentur : quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incuribus , & ideo militans Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret , ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur , qui esset negotiis sæcularibus implicatus . Et tanto est dignitas pontificum maior quam regum , quia reges in culmen regium sacrantur a pontificibus , pontifices autem

a

ANNO CHRISTI 881. a regibus consecrari non possunt : & tanto grauius pondus est sacerdotum , quam regum , quanto etiam pro ipsis regibus hominum in diuino redditu-
ris sunt examine rationem : & tanto in humanis re-
bus regum cura est propensior , quam sacerdotum ,
quanto pro honore & defensione ac quiete sanctæ
ecclesiæ , ac rectorum & ministrorum ipsius , &
leges promulgando , ac militando , a rege regum
est eis curæ onus impositum . Et legimus in sacris Deut. 17.
historiis , quia cum sacerdotes in regimine regni
reges vngabant , & diademata capitibus illorum
imponebant , legem in manibus eis dabant ; vt di-
ficerent & scirent qualiter se & subiectos sibi rege-
re , & sacerdotes Domini honorare debeant . Legi-
mus etiam in sacra historia , quia Ozias rex præ- 2. Paral. 26.
sumpsit incensum ponere , (quod non regii , sed
sacerdotalis erat ministerii) lepra est a Deo per-
cussus , & de templo a sacerdotibus eiectus , & in
domo sua est usque ad mortem reclusus .

II.

Denique si pro salute regis ac reipublicæ mini-
strorum , & pro ministerio indignitati nostræ
commisso , in processu aliqua dixerimus , quæ car-
nalibus animis valeant displicere , (quia medicus sæ-
pe , quos leni vnguento medicare non potest , per
amarum poculum confectionis reducit ad hilari-
tatem sanitatis) ne dicant de nobis quod dictum
legimus de sedentibus in cathedra Moysis : Matth. 23. Impos-
nunt onera grauia & importabilia in humeros homi-
num , digito autem suo nolunt ea mouere , nos prius ver-
bis sancti Gregorii , ex homilia quam de euange-
Concil. Tom. 24.

PPP